Scriptis et Recognitionibus super eadem Summas et debita sese extendentibus
1204 ob plenariam pro præmissis satisfactionem [illegible] quietat perpetuo et mittit ac liberu[m]
pronunciat Præfatas Inscriptiones Recognitiones tam pretensiones in universum ca[s]
cassat mortificat et annihilat sibi et suis [illegible] ratione præmissorum perpetuum imponendo
silentium Hac sua præsente personali Recognitione [illegible] præmissa omnia mediante.

Ex Coa

Grochowski Toporowskiemu Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitanealibus Premislien Gnosus Albertus a Grochowce Grochowski Sanus mente et corpore existens a terminis Iuribus Iudicus Iurisdictionique suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsentique Castren Capitli Premislien Iurisdictioni quoad actum præsentem attinet Se cum Succesoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Ioanni Toporowski eiusque posteris Summam Trium Millium Florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno current quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computan et numeran certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum secularia tenetur atque debet In quamquidem Summa supratacta Trium Millium Florenorum Polonicalium memoratus Gnosus Recognoscens bona sua propria et hereditaria infratacta nempe certam Sortem in bonis Villæ Wesoła Terræ et Districtu Sanocen consistent racentia Vest Obszary nazwane Viardami takze Pustką Kleczowskyą z dwiema Kmieciami Bar[?]biachem y Marchelem Zagrodnikiem z druga porzyią nazwanemi [illegible] [illegible] Iorum Iure dominio et proprio tituloque obligatorio Cumque omnibus et singulis præfatæ Sortis et bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus Agris Pratis Campis atque præfatis Subditis duobus Cmethonibus et Uno Hortulano eorumque laboribus Censibus dationibus Vecturis muniis officiis attinentiisque et pertinentiis generaliter universis Nullis exceptis nec pro se Recognoscen suisque Succesoribus aut alio quopiam reservatis Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis et e contra in nullo derogan Verum ita Late Longe circumferentialiterque prout præfatorum bonorum Sortis præfatæ hereditas se extendit et est disliminata et prout eandem Sortem bonorum præfatorum ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebat ac eidem serviebat Iam ex nunc et de facto Suprafacto Nobili Ioanni Toporowski eiusque posteris hinc et a data præsentium diei hodiernæ ad integrum Triennium itidem diei actus præsentis in Anno post Triennium proxime venturo sese determinans et in defectu protunc bonorum eorundem exemptionis et Summæ totalis et integræ persolutionem extunc de Triennio ad Triennium usque ad exemptionem et Summæ præfatæ Trium Millium Florenorum Polon persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout præsentibus obligat inscribit et invadiat. In quæ quidem bona præsentibusque obligata idem Recognoscens Gnosus Grochowski ecd Suprafato Nli Toporowski z olim Mgci Feliciani a eadem Grochowce Grochowski Castellani Premysliensis filius

Obligando

Obligatario suo eiusq posteris dat et admittit coram Offo praesenti realem Intromissionem et
actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die
quacunq voluerint offerre acceptandam et ipsum Nobilem Toporowski Obligatarium
suum et eius posteros bona eadem praesentibus obligata cum omnibus eorum utilitatibus et
usufructibus tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi ad
usus suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi
usq ad exemptionem et summae praefatae totalem et integram persolutionem debet et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis
suis generaliter omnibus ac summis pecuniarys quibusvis habitis et habendis Suprafato
Obligatario suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dictis
bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem bonorum ab omni et quavis impetitione
iuridica quarumcunq Personarum cuiuscunq conditionis Status et Sexus existentium
et oriunda in omni Iudicio et Offio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri
defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere Necnon
bona eadem praesentibus obligata et inviolata ac omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus
[illegible] et contentionibus super eadem bona cuiusvis Personarum modo quocunq
factis et faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis
et importandis Decretis denique et Sententiis Processibusq[illegible] quibusvis in quo
cunq puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Offio Regni obtentis
ac obtinendis et super praemissis bonis praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam
coram Offio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus obligatorum dandam
per Ministerialem et Nobiles duos offerre requirendam non denegare imo debebit et tenebitur
eandem libere et effectualiter dare et admittere dataq et admissa eadem possessione
et usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas Personas non impedire nec adimere ipsumq obligatarium suum et eius Successores in praemissis omnibus nullo modo iniuriari Ita ut
eadem bona praesentibus obligata idem Obligatarius suus cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat
et possit Idq sub Vadio Trium Millium Florenorum Polonicalium per eundem
Recognitorem aut eius posteros Suprafato Nobili Toporowski Obligatario suo aut eius
posteris ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda tenetur memoratus Recognoscens
Nobilis Albertus Trochowski aut eius Successores ad instantiam Suprafati Nobilis
Ioannis Toporowski Obligatarij sui aut eius posterorum ad Offium praesens Castrense Capitaneale Premisliensis vel Castrensis Capitaneale Praemisliensis [illegible]
Recessu suprafato quoad respondendum spectat mediante semper in primo

Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere videre vadium prae
-facarum luere Insequenti praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et te
1206 nebitur Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inobit et obligat praesentibus Illum
terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causae
eiusdem terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori mingrens
Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta
ad Curiam vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differ
rendo ad Evictionem Citeriorum extra processus Officiorum praefatorum Castrens
Premislien' Usive etiam Sanocens terminos dilationem sibi non recipiendo
Nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac Omissa
omnia poenis Simplicibus vel Implicatis evasionibus Suspensionibus fatalis Iuris pro
scriptione Temporis bellorum Conventionibus ac aliis quibusvis Iuris remedijs et defen
sionibus non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti persona
li Recognitione ad Omissa omnia mediante

Mag. Ossolinski Waponskiemu Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren' Capitanealibus
Premislien' Magnificus Nicolaus de Tenczyn Ossolinski Capitaneus Neosso
riensis sanus mente et corpore existens A Terrestribus Iudicibus Iuribus Iurisdictionibusque
quibusvis proprijs et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren' Capitaneali
Premislien' Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet Se cum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua infrascripta haereditaria
ria nempe totas et integras Villas Danowicze et Kupiatycze in Palatinatu
Russiae et Districtu praesenti Premislien' consistentes cum Curijs et Praedijs ibidem
sitis Cum omni Omnimodo sorum Iure dominio proprietate ac titulo Obligatario Cumque
omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus
emolumentis Commodis obventionibus tum agris pratis Campis Pascuis Sylvis
bonis gajis nemoribus indaginibus rubetis vepretis mericis villagijs Stagnis
magnis et parvis Piscinis Piscinulis fluvijs fluminibus littoribus Rivis
rivulis torrentibus aquarum decursibus Lacubus paludibus hortis pomarijs Apia
rijs apum mellificijs Pomerijs tam aggeralibus quam Pontalibus Molendinis
Tabernis Areis Ollarijs granarijs structuris et aedificijs quibusvis Necnon
Subditis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis in eisdem bonis residentibus eorumque
laboribus censibus dationibus vectigalibus muneribus obsequijs et officijs quibusvis atti
nentijs et pertinentijs generaliter omnibus Nihil ex Omissis Iuris dominijque
proprietatis ac utilitatis Sibi et Successoribus prose Recognitae suisque Successoribus aut quopiam
alio reservando Seu excipiendo Verum prout bona eadem ipse et Recognoscens tenuit
tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant. Iam

Exnunc